



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fulginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua  
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

**Angela <de Fulginio>**

**Parisiis, 1598**

c. xvij. Qualiter à receptione illius magnæ fidei à domina nostra sibi  
imperatae incœpit habere sentimenta Dei, taliter quod non poterat  
moueri ab oratione nec diebus nec noctibus & voluisset nec ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43716**

40 Decimum septimū ca. xvij. passus  
tiam, & tunc inclusi cor meum in  
passione Christi, & data est mihi  
spes quod in ipsa poteram libera-  
ri. Et hīc incœpi habere consola-  
tionem per somnia, & habebam  
pulchra somnia, & dabatur mihi  
consolatio in eis, & cœpit mihi  
dari dulcedo, & consolatio de  
Deo intus in corde, & extra in cor-  
pore, continuè vigilanti & dor-  
mienti. Sed quia adhuc non sen-  
tiebam certitudinem, adhuc erat  
admixta amaritudo, nec quiesce-  
bat cor meum, sed desiderabam  
habere aliud à Deo.

*Octauus decimus & ultimus gradus.*

*Qualiter ex tunc scilicet, à receptio-  
ne illius magnæ fidei à Domina  
nostra ibi impetrata incœpit habere  
sentimenta Dei, taliter quod non  
poterat moueri ab oratione nec die-  
bus neque noctibus & voluisse non  
comedere nec discedere ab oratione.*

**O**CTAVO decimo cōsequen-  
ter incœpi habere sentimen-  
ta Dei & habebam tantam dele-  
ctionem in oratione quod non

Decimus octauum ca. xviii. passus. 41  
recordabar de comedione &  
desiderabam quod non oportet  
me comedere, ut possem sta-  
re in oratione. & intermiscebat  
se hic quædam. tentatio quod  
non comedarem, quod in modi-  
ca quantitate comedarem : sed  
cognoui hoc esse deceptionem.  
Et erat ignis amoris in corde meo  
tantum quod non fatigabar de  
genuflexionibus, nec de aliqua  
alia pænitentia. postea vero veni-  
ad maiorem ignem & feroarem  
amoris charitatis diuinæ. Si enim  
audiuisset loqui de Deo, stride-  
bam intatum quod si aliquis ste-  
tisset cum securi super me ad me  
intercidiendum non potuisset  
me abstinere. Et hoc accidit mihi  
prima vice quando vendide-  
ram casale meum, ut darem pau-  
peribus. erat enim melior terra  
quam haberem. Et prius facie-  
bam truffas de Petrucio, sed nul-  
lomodo postea poteram illud  
facere. frequenter autem cum  
de Deo audiebam loqui, stride-

42 Decimum octauum ca. xvij. passus  
bam etiam in cōspectu quarum-  
cumque gentium. Et quando ali-  
quæ personæ dicebāt mihi quod  
eram inordinata pro eo quæ ac-  
cidebāt mihi, ego dicebam simi-  
liter quod eram infirma & deor-  
dinata, & non poteram facere a-  
liud, nec poterā maledicentibus  
mihi propter hoc satisfacere, sed  
verecundabar valde. Et quando  
videbam passionem Christi de-  
pictam vix poterā me sustinere,  
sed capiebat me febris & infir-  
mabar. Vnde socia mea abscon-  
debat à me picturas passionis  
quantum poterat ne ipsas vide-  
rem. In isto tempore stridēdi ha-  
bui plurimas illuminationes, sen-  
timenta, visiones, & cōsolationes  
quarū aliquæ hic infra scribūtur.  
*Decimum nouum cap. loquitur de mul-  
tis & diuersis modis tetationum qui-  
bus fuit cruciata in corpore & a-  
nima.*

**N**E autē magnitudo & multi-  
tudo reuelationū & visionū  
me extolleret, & ne earum dele-